e-codices

hoc est sps· Sed non confusus cum patre & filio sps scs·
uerum & a patre distinctus & a filio· Non enim sps scs
est mortuus· qui mori non potuit· quia carnem non
suscepit; Mortis capax ee potuit· sempiterna diuini
tas· Sed mortuus secundum carnem xpc· in eo utq;
mortuus qd suscepit ex uirgine· non in eo quod habe
bat ex patre· In eo enim mortuus· in quo crucifixus
est xpc; Sps autem scs non potuit crucifigi· quia car
nem & ossa non habuit· Sed crucifixus est di filius·
qui carnem & ossa suscepit· ut in illa cruce nre carnis
temptamenta morerentur· Suscepit enim quod n
erat· celare quod erat· celauit qd erat· ut temptare
tur in eo & redimeretur quod non erat· ut ad id qd e
rat· per id quod non erat nos uocaret· O diuinum cru
cis illius sacramentu· in qua erat infirmitas· Uirtus
libera e· affiguntur uitia· eriguntur trophea· Un
de quidam scs ait· Confige clauis a timore tuo carnes
meas· Non ferreis clauis· sed timoris & fidei· Vehe
mentior est enim uirtutis strictura· quam poenae·
Deniq; petrum cum usq; in atrium principis sacerdo
tum dnm sequeretur· quem nemo ligauerat· fides

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 55 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/55)